UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CCXXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63232

Visual Library

lata remiſſio, ad locum delicti,& ita ſentit Bar. in l.iiij.§.
prætor.ff.de damno infect.& glo. & Bar.in l.eius qui in §.
fin.ff. ad municip. ubi tenet ꝙ proprie ille dicitur uaga-
bundus qui non habet domicilium certum. Cæpol.con.
58.nu.24. in conſi.C. quam glo.Panor. affirmat in d.c.fin.
de foro compe.nu.13. & Bal in.l. dies cautioni §. prætor
ait.nu.3.ff. de damn.infect.

2 Fallit etiam in furto, quia ſi fur reperitur cum re furata
in quocunque loco fuerit deprehenſus, ibi ſuſpendi & pu
niri debet, & hoc propter frequentiam d. criminis. Ita
Bar. in l.ſi dominum rei nu.2.ff.de fur. & ibi Dyn.& Caſt.
conſi.458.nu.2.uol.2.Ang.in tract. malef. in uerſi. & ue-
ſtem cæleſtem. nu.15. ubi multa accumulat.

3 Fallit etiam in hæretico quia de tali flagitio poteſt ubi
cunque puniri, omni ſublata remiſſione. ut l. Arriani.C.
de hæreticis & Paulus de Eleaz. in clem.paſtoralis, de re
iudicat. & Imol. in d. clem. nu.64. & Ægid. Boſſ. in ſuo
tract. de hæretic.nu.13. ratio quia grauius eſt offendere
diuinam maieſtatem, quam humanam, ut auct. Gazaros.
C. de hæret.

4 Fallit etiam in omni uagabundo delinquente, qui po-
teſt ubique conueniri, ſecundum Anch. in conſi.191.nu.
4.alleg. tex.in l. hæres abſens.§. ſi quis tutelam.ff. de iu-
dit. cum infinitis.

REGVLA CCXXI.

1 Vanus timor meticuloſo non patrocinatur.Bal.in l.nec
timorem.ff.de neg.geſt.nu.1.l. uani timoris.ff. de reg.iur.
ſed debet eſſe talis quod cadat in conſtantem uirum, uel
mulierem. Ita glo.in c.cum dilectus, quod mea cauſa Ro
ma.ſing.22.tu ſcis. Iaſ. in l.interpoſitis.nu.7.C. de tranſ.
Bal. in l.metum. l.ij.ff.quod met.cauſa.

1 Fallit quando partes conſtarent id de quo agitur eſſe fa
ctum in præſentia affinium, uel conſanguineorũ, quia iu
ris præſumptione excluderetur metus, ut l. tranſactione,
& ibi Bal.Ang. Saly. & Mod.C.de tranſact.Deci.c.fin.nu.
25.uerſi.

25.uerſi. poſtremo de appellat. Ang. conſi.215. in princ. ubi all.tex ibi in l.ſi uocati affin.ff.ubi pupp.educ.debeat.

2 Fallit etiam quando res agitur inter patrem & filium, quia magis præſumitur reuerentialis & obſequioſus conſenſus, quam aliter, nec cadit uerisimile quod pater uelit deludere filiũ, quem magis amat, quam ſeipſum, ut doct. in l. frater a fratre.ff. de cond.indeb. cum uulgar. Affl.q. 69.nu.4. Alex. & Mod. in l.interpoſitas. C. de tranſact.

3 Fallit in caſu.l.ij. & l.cauſas. C. de tranſact. nam timor futuræ litis inducit tranſactiones meticuloſas. Ita Alex. in conſi.42. num.17. uerſi.i. Timor uiolentiæ inferendæ uidetur eſſe iuſtus metus ad infringendã electionem metu factam. ſecundum Alex.in conſi.98. nu.5. ubi terror armorum ſufficit ad incutiendum metum uol.3.

REGVLA CCXXII.

1 Veritas quando aliter haberi non poteſt, ab illis perſonis habeatur: quæ inuitæ ad teſtificandum non compelluntur. Ita Roma.ſing. 398. & hoc in auxilium ueritatis. Soc. in rubrica 417. Lamphranc. in c. quoniam contra. nu.42.ad fin.de probat. Abb. & Felin.in c.i.de teſt.cogen. nu.8. Gramma.conſi 45.nu.11.17.& 18. & maxime quando ex natura illius facti alii teſtes uerosimiliter haberi nõ poſſunt, quia eo tunc alii inhabiles & minus idonei admitti debeant, ne ueritas occultetur.c.tertio loco & ibi Anton de But.de probat.& conſi.59.nu.16.& 22.& ibi Grammat.conſi.24.Alex.conſi.64. difficultas nu.5.col.2. primo uol. & conſi.151. nu.4. & conſi.152. nu.11. uol.e. & conſi.175. nu.2. uol.2.

1 Amplia.1. ut iudex debeat elaborare, nẽ ueritas quæ Deus eſt opprimatur & occultetur, & debet potius iudex ſcandalum tollerare, quam ꝙ ueritas depereat. Ita Bal. & Deci.in c. quoniam contra. nu.2.uerſi.4. nota de probat. & l.ii. C.de eden. 30.q.5.c. iudicante. Abb.poſt. Innoc. in c.ex officii de pœnit. & remiſſ. cum aliis infinitis.

2 Amplia. ut præſumptionibus & coniecturis res probe

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN